

## Band II., Nr. 535, Seite 360-361

*Eberhard, Herr von Eberstein, vermittelt einen Vergleich zwischen dem Kloster Herrenalb und den Seitenverwandten seines Dienstmannes und ehemaligen Schenken Guntbold über dessen Güterübergabe in Eichelbach an das Kloster.*

Ohne Ortsangabe, 1207.

Eberhardus, dominus dei gratia de Eberstein, cunctis fidelibus huic pagine auscultantibus salutem in perpetuum. Testium vel testamentorum nemo prorsus indigeret, si mentis humane maligna calliditas iusticiam et veritatem diligens promissa solveret, vel debita rite rediberet, et relicta fraude doloque pacis vincula non dirumperet. Igitur quia paucorum ista virtus est, ut veritatis ac iusticie tramitem indeclinabiliter incedant et concordie pacisque bonum, quod omnibus mortalibus optandum est, adinvicem inviolabiliter custodiant, visum est viris prudentibus et honestis, qui nec falli volunt, nec fallere cupiunt, omnium factorum suorum seriem ad virtutes pertinentem litteris tradere, quatinus per hoc posterius discant oblivionem, que mater est erroris et ignorantie, fugere ac virtutem iusticie, que unicuique quod suum est relinquit vel restituit, conservare. Porro quoniam de maiorum ac meliorum stem[m]ate processimus, ab eorum virtutis itinere deviare minime debemus, et quia decorem domus dei et locum habitationis glorie eius diligimus, et precipue domui dei que est in Alba pacem desideramus, per presentem scripturam presentibus et futuris omnibus notum esse volumus, quod quidam de ministerialibus nostris, nomine Guntboldus, et olim dapifer noster, propter honorem beate dei genitricis Marie et pro anime sue salute, universas possessiones eius quas in Eichilbah possederat, cum consensu nostro et per manum nostram, deo et fratribus in Alba directa donatione contradebat. Cum igitur prefati Guntboldi frater, nomine Reinfridus, iam dictam donationem graviter ferret ipsamque libenter cassaret et inimicus monasterio existeret, visum est Albensibus tandem, ut cum eo pactum pacis inirent atque componerent. Quod hoc ordine factum est. Mediantibus etenim ministerialibus nostris in presentia nostra res ad hoc perducta est, ut sepedicti fratres de Alba prememorato Reinfrido decem libras argenti persolverent et agrum unum sibi de oblatibus monasterio possessionibus libere relinquerent. Quo facto iam dictus Reinfridus simul cum liberis suis donationem fratris laudans approbavit, omnique liti quam erga monasterium habuerat, tam filii quam ipse, prorsus renuntiavit. Quin etiam fide mediante coram nobis sponpondit, quatinus filium suum absentem, cum citius posset, ad hoc induceret, ut et ipse sicut ceteri

## II

pacifice causam dimitteret. Quia igitur hoc pacis pactum a Reinfrido et ab omnibus posteris eius Albensi monasterio illibatum et inconvulsum in perpetuum conservari volumus, hanc conscriptionem super hoc conscribi sigillique nostri impressione curavimus communiri.

Scripta autem sunt hec anno ab incarnatione domini MCCVII., epacta XX., concurrentibus VII, indictione X., coram his testibus: Iohanne avvocato de Baden, Cũnrado puero de Bergen, Heinrico de Sunnennesheim, Heinrico Schollen, Alberto de Rastede, Sifrido de Bũticheim, Bertrammo procuratore, Cũnrado et Heinrico advocatis de Eichilbah, Heinrico et Hugone de Forhohe.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An blauer Hanfschnur ein rundes Siegel mit der Ebersteinischen Rose. Die Umschrift ist nicht mehr erkennbar.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 K U 227

**Überlieferung und Textkritik:**

1999 abgegeben vom GLA Karlsruhe. Abschrift war im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 139, S. 173.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 1, S. 113 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Berg (Pfalz), GER

Bietigheim Wohnplatz (5602)

Bietigheim, RA

Eichelbach Wüstung (25920)

Eichelbach, Muggensturm, RA, W

Förch Wohnplatz (5809)

Förch, Rastatt, RA

Rastatt Wohnplatz (5814)

Rastatt, RA

#### IV

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD

Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)

Sinzheim Wohnplatz (5832)

Sinzheim, RA